go ꝯcipitur xp̄iꝗ mater eligitur.
℣. Nobilis ⁊ clara ſtirps eſt dn̄o q̄ꝫ
cara. Vnde. Glia. Vnde. ¶ In. iij.
noct. An̄. Abrae fit ꝓmiſſio ꝙ illi⁹
ſucceſſio velut arena creſceret ſtel
liſꝗ equalis fieret. pſ. Cantate. j.
xxvij. An̄. Hoc ꝓmiſſuꝫ eſt imple
tum caſte ꝑ marie fetū: qui gignē
do granū ſeuit: de quo ſeges tāta
creuit. p̄s. Dn̄s reg̃. ex. xxvij. An̄.
Gratulare ⁊ letare vrbs optima
nazareth. hodierna fecūdaris vb/
tate gratie caſus mortis ſalus or/
bis: ſpeſꝗ dat̄ venie. p̄s Cātate. ij.
xxviij. ℣. Aue maria. ¶ Iniciū ſan
cti euangelij Scdm math. ca. primo
Liber generatōis ihu xp̄i filij
dauid filij abraam. Abraam
genuit yſaac: yſaac aūt genuit ia
cob. Et reſ. Omel. beati hiero. p̄ſby.
In yſaia legim⁹. Generatōez
ei⁹ quis enarrabit? Nō ergo
putem⁹ euāgeliſtā ꝓphē eſſe ꝯtra/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

riū. vt qđ ille impoſſibile dixit affa
tu: h̄ narrare incipiat. Quia ibi đ
generatōe diuinitatis: h̄ de incarna
tione ē dictū. A carnalib⁹ aūt cepit
vt ꝑ hoīem deū diſcere incipiam⁹
Tu. ℞. O btā ꝓgenies o venerā/
da ſeries vñ ſurgit vt aurora ma/
ria v̓go decora. Que ꝓduxit nun
do ſolē verā dei pr̄is ꝓlem. ℣. Hec
merito dicta ſuꝑ oēs eſt benedicta
Filij dauid fi (Que. Lcō. viij.
lij abraā. Ordo prepoſterus
ſed neceſſario cōmutat⁹. Si eñi p̓/
mū poſuiſſet abraam ⁊ poſtea da/
uid: rurſus ei repetēdus fieret a/
braā: vt generationis ſeries texe/
tur. Jdō aūt ceteris ꝑtermiſſis ho
rū filiū nuncupauit: q: ad hos tm̄
facta eſt de xp̄o repromiſſio. Ad a/
braā. Jn ſemie inq̄t tuo bn̄dicētur
oēs gentes qđ eſt xp̄s Ad dauid ve
ro ait. De fructu vētris tui ponã
ſuꝑ ſedē tuā. ℞. Celebris dies co/
litur in qua v̓go ꝯcipit̄ que ꝑ obe/
dientiā mūdo refudit grãz. Vt qđ
ruit ꝑ feminā releuet̄ ꝑ feminā. ℣
Jſta fuit digna tranſgreſſis terge
Abraā (re ſigna. Vt. ¶ Lc. ix.
genuit yſaac: yſaac autē ge
nuit iacob. Exequit̄ eñi hūanaz ge
neratione xp̄i matthe⁹ ab ip̄o pro
miſſionis xp̄i exordio: hoc eſt abra
am ꝯmemorās quos ꝓducit ad io
ſeph virū marie: đ q̄ nat⁹ eſt xp̄us
Myſtice aūt demonſtrat q̄ſi de gē
tilitatis caligine q̄ſi de egyptiaca
ſeruitute ꝑ quadragita duos viros
ac ſi ꝑ eiuſdez numeri māſiōes ad
v̓ginez mariā plenā ſancti ſpirit⁹
gurgite fluentē: ac ſi intelligibilē
iordanē duce dn̄o ieſu xp̄o velut io
ſue filium nun ventū ſit. Tu. L ℞.
Glorioſa dicta ꝯſtat de te mundi
dn̄a. Nāq3 natū preloquūtur veri
dica carmia: tuū te aduerſus mo/
rē generare ſaluatorē. ℣. Pro me
ritis claris ꝑ ſecula cūcta bearis.
Nāq3. Gloria Nāq3. Te deū dicitur
¶ Ante laudꝫ. ℣. Digñre me. Ad laudꝫ
Glorioſa ſemꝑ v̓go maria (Añ.
dulciſſima: precib⁹ te venerantur
annue pijſſima: in offenſis ne la/
bamur: a te ſemꝑ ꝓtegamur. pſ.
Dn̄s reg̃ dco. vj. cū cet. Añ. Maria
plena grã ſtirpe ꝯcepta regia aſſi
ſtentes tue laudi miſerādo nos ex
audi. Añ. O q̄z larga te ꝑfudit vir
go bn̄dictio qua delet̄ quā induxit
eue maledictio intēde nr̄is laudi/
bus btā in mlierib⁹. Añ. Digna/
re me laudare te v̓go ⁊ puerpera
te laudantes ab erūnis leua ſuꝑ
ethera: potes eñi vt dn̄a celi pāde
re limīa. Añ. Cōcept⁹ hodiernus
marie ſꝑ v̓ginis neuū texit. nexū
ſoluit vetuſte originis: meſtis red
dit leticiā: dat criminoſis gratiaz.
Cap. Dn̄s poſſe. vtſ. ℣. Poſt ꝑtū.
Suꝑ bn̄. añ. Benedicta es maria
laus nr̄a ſpes et dn̄a te collaudat
colit tremit trina mūdi machina:
in tua ꝯceptione ꝯgaudentes con
foue ꝓfutura largiēdo nocitura
remoue. Coll. vtſ. Deinde ſuffra.
tm̄ de feria. L Ad pri. et ad alias hoſ.
hy̆. Aue mar. ſtel. lxxvj. ſm ordinez
verſuū. vt in cōmemoratione ipſius
cum añ. vtſ. đ laudꝫ. ſm ordinem p̄/
ter q̄rtam. ℞. Specioſa facta es. cū
cete. ℞. et ℣. Require etiā in comme
mora. Cap. et coll. vtſ. ¶ Jn. ij. vſ.
añ. Dignare me laudare te. vt ſup̄



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in lau. pſ̃. feria. hym. et cap. vtſ̃. vſ.
Aue maria. Sup mḡt añ. Magni
fica xp̄i mater regina clara celorū
reparatū ſe letatur ꝑ te cetus bea
toꝝ in die tue ꝯceptionis ꝯfer opē
interceſſiōis: vt per tua ſuffragia
collocemur in glīa. Colla vtſ̃. De
¶ ☞ De ſan (inde ſuffr. tm̄ de feria
cta Lucia ad pri. vſ̃. ſi de ea dicēde fu
erint. añ. et pſ̃. feria. Hy. Jeſu coro.
vt in cōi. lxvj. cū cap. Qui gloriat.
℣. Specie tua. Sup magt añ. In
tua patientia poſſediſti aīam tuā
lucia ſponſa xp̄i odiſti que in mun
do ſunt ⁊ coruſcas cū angelis ſan/
guine ꝓprio inimicū ſubyſti. Coll.
Exaudi nos deꝰ ſalutaris no/
ſter: vt ſicut de beate lucie fe
ſtiuitate gaudemꝰ: ita pie deuoti/
onis erudiamur effectu. P. Suff.
de feria et cōſue. ꝛc. ¶ Cōpl. de aduē.
dn̄i ſine pſ̃. Miſerere Si venerit in
dn̄icam anticipabit in ſabba. ¶ Ad
mat. Inuit. Regē virginū ꝛc. tres
añ. et pſ̃. cum. ℣. vt in cōi ſignat. qn̄
tres lcōnes de vna ṽgine dn̄r. lxvij
Paſchaſius compre ¶ Lcō pri.
hēſam luciā corripiēs: cepit
ad ſacrificia demonum inuitare.
Cui btā lucia dixit. Sacrificiū ve/
rū ⁊ immaculatū apud deū ⁊ pa/
trē hoc ē viſitare viduas ⁊ orpha/
nos in tribulatione eoꝝ. Ego per
iſtos tres annos nihil aliud egi ni
ſi ſacrificaui deo viuo. Iā qꝛ nihil
ſupeſt qd ſacrificē: meipā offero
in ſacrificiū deo hoſtiā viuentē: qd
ipi placet: de hoſtia ſua faciat. Tu
aūt. R. Lucia ṽgo quid a me pe/
tis qd ipſa poteris pſtare cōtinuo
nā ⁊ matri tue fides tua ſubuenit

⁊ ecce ſalua eſt Quia iocundū deo
in tua virginitate habitaculū pre
paraſti. ℣. Sicut ꝑ me ciuitas ca/
thanēſiū ſublimatur a xp̄o: ita ꝑ
te citas ſiracuſana decorabit. Gla.
Hec paſchaſius audi ¶ Lcō. ij.
ens eo magis amplius furi
oſe anhelabat: qꝛ de ipſo ſibi riſus
exhibere cernebat. Tūc pcepit mi
niſtris ignē copioſum circa eā in/
cēdi ita vt picem ⁊ reſinā ⁊ feruēs
oleū ſup eā iactarēt vt celeriꝰ ꝯſu
meret: qꝛ voce eū publica ꝯfunde/
bat. At illa in noīe dn̄i ieſu xp̄i ſte/
tit immobilis. Tu. R. Rogaui
dn̄m meū ihm̄ xp̄um vt ignis iſte
non dn̄etur mihi. Et impetraui a
domio inducias martyrij mei. ℣.
Pro eo vt me diligerent detrahe/
bāt mihi ego aūt orabā. Et. L. iij.
Tunc videntes anguſtiātem
paſchaſiū amici eiꝰ iuſſerūt
gladiū mergi in gutture eiꝰ: ⁊ cō/
feſtim percuſſa qͣdiu vixit orauit.
Dei vo ſacratiſſima virgo lucia d
loco in quo ꝑcuſſa eſt penitꝰ nō eſt
mota: ſed neqꝫ emiſit ſpm̄ niſi priꝰ
venientibꝰ ſacerdotibꝰ ⁊ ſecramē
toꝝ myſteria dantibꝰ: oīni ꝓplo rn̄
dente amen: in ꝯfeſſione dn̄i emi/
ſit ſpm̄. Tu. R. Grata facta eſt do
mino in certamīe: qꝛ apud deū ⁊ a
pud hoīes glīficata eſt in cōſpectu
principum loquebatur ſapientiā
Et dn̄s oīm dilexit eam ℣. Adiuua
bit eam deꝰ vultu ſuo: deus in me
dio eius non cōmouebit. Et. Glīa
Et. Te deū non dicitur. ¶ Ante lau.
℣. Adiuuabit eam. L. Ad laud. Añ.
Orante ſctā lucia apparuit ei bea
ta agatha ⁊ ꝯſolabatur ancillam

xp̄i. pſ̄. Dn̄s reḡ. d̄co. cū cet. pſ̄. an̄.
Lucia v̇go q̇d a me petis qd̓ ipſa
poteris p̄ſtare ꝯtinuo mr̄i tue. An̄
Per te lucia v̇go ciuitas ſyracu/
ſana decorabit͛ a dn̄o ieſu xp̄o. An̄.
Bn̄dico te pr̄ dn̄i mei ih̄u xp̄i: q꞉ ꝑ
filiū tuū ignis extinct⁹ eſt a latere
meo. An̄. Tāto pōdere eā fixit ſpi
rit⁹ ſctūs: vt v̇go dn̄i immobilis ꝑ
maneret. Cap̄. Sapiētia vicit ma
licia vt ī cōi. v̇. Elegit eā. lxxiij Su
per bn̄. an̄. Colūna es imobilis lu/
cia ſpōſa xp̄i: q꞉ oīs plebs te expe/
ctat vt accipias coronā vite alla.
Coll̄. vtſ̄. ſuffr̄. de feria. ¶ Prima de
tp̄e aduent⁹. Cet̄. hor̄. mixtim. ſ. hy̅.
cōſue. vt in pſal̄. an̄. de aduē. vtſ̄. fer̄.
ij. p⁹ dn̄icaꝫ primā ſignat͛. Cap̄. ⁊ coll̄
vtſ̄. in lau. ℟. ⁊ v̇. de cōmuni virgi
nū. Nō hꝫ. ij. vſ̄. ¶ Nota ꝙ p⁹ hanc
diē reſpiciendū eſt ad ordinariū d̓ ad/
uen. vtſ̄. qn̄ lau. feriales cadētes ī fe/
ſtū thome anticipande ſunt.
¶ In vigilia thome noct̄. ⁊c̄ de tp̄e

# In feſto ſancti thome

apl̄i ſi venerit in dn̄ica ibidē ſeruabit͛
Ad pri. vſ̄. ſup pſ̄. feri. an̄. Ecce ego
mitto. ℟. Fuerūt ſine que. hy̅. Ex/
ultet ce. cū Cap̄. Per ma. v̇. In oēꝫ
vt ī cōi d̓ apl̄is lviij. Sup mḡt an̄ O
thoma didime ꝑ xp̄m quē merui/
ſti tāgere te p̄cibus rogam⁹ altiſſo
nis ſuccurre nob̄ miſeris: ne dāne
mur cū impijs in aduentu iudic̄.
Sine p̄cib⁹. Predicta an̄. d̓r ter ſicut ī
an̄. O ſapientia. notat͛. Coll̄.
Da nob̄ q̄s dn̄e b̄ti thome apl̄i
tui ſolēnitatib⁹ gl̄iari: vt ei⁹ ſemꝑ
⁊ patrocinijs ſubleuemur: ⁊ fideꝫ
ꝯgrua deuotōe ſectemur. P̄. Suf

fra. de fer̄. ⁊c̄ ¶ Ad cōpl̄. ꝑ oia vt in cō
muni apl̄orū ſignat͛ Sꝫ ſup nūc. d̓r
an̄. O thoma vtſ̄. que tm̄ ſcl̓ in hoc
loco d̓r. Coll̄. vtſ̄. ¶ Ad mat. Inuit̄.
pſ̄. an̄. v̇. et ℟. ꝑ totū Require in cōi
Vm apl̄s (de apl̄is. ¶ Lcō pri.
thomas q̇ d̓r didim⁹ eēt apū
ceſareā apparuit ei dn̄s ih̄us ⁊ ait
ad eū. Rex indorū gūdoforus mi/
ſit p̄poſitū ſuū ad ſyriā querē ho/
minē architectorica arte eruditū.
Ubi cū veniſſꝫ dixit dn̄s ad thomā
apl̄m ſuū. Ueni mittā te cū eo. Di
xit illi thomas. Dn̄e: mitte me quo
vis p̄ter ad indos Dicit ei ih̄s. Ua
de q꞉ ego tecū ſum ⁊ nō te deſeraꝫ.
Et cū mihi indos acq̇ſieris cū coro
na martyrij veies ad me. Tu. L. ij
Rn̄dens aūt thomas dixit. Dn̄s
me⁹ es tu: ⁊ ego ſuus tu⁹: fiat vo/
lūtas tua. Hec eo dicēte: ecce p̄po/
ſit⁹ familie regis indoꝝ noīe abba
nes deſcēdēs de naui ambulabat
iuxta mare in foro rerū venaliuꝫ.
Dn̄s autē acceſſit ad eū et dixit ei.
Quid cōparere vis iuuenis? Et il
le. Dn̄s me⁹ indoꝝ rex miſit me ad
iſtas ꝑtes vt ꝯducerē igenuos ar/
tifices aut ſeruos emerē qui ſciāt
artē architectoricā et oia que ex li/
gnis fiūt aut lapidib⁹ vt romano
ope ſibi pallaciū ꝯſtruāt. Tu. L. iij
Qui ait dn̄s. Habeo ſeruū idone/
um ⁊ fidelē mihi quē ad diuerſas
ciuitates iam miſi: ⁊ q̇cq̇d laborat
mihi laborū ſuoꝝ mercedes appor
tat. Hūc itaq꞉ mittā tecū vt explet͛
oībus ad me eū facias cuꝫ honore
reuerti. Qd̓ audiēs abbanes ma/
gno gauiſus ē gaudio: et gratias
agēs oſculabat͛ genua ei⁹ Tūc vo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tās thomā dn̄s tradidit eū in ma/
nu abbane ⁊ abſceſſit. Tu. ⌊R. iiij.
Dixit aūt abbanes ad thomā.
Dic mihi ſi vere ſeruus illiꝰ
es q̄ tradidit te mihi? Cui thomas
ait. Ego niſi ſeruꝰ ipſius eēt q̄ hora
me tibi tradebat habebā ꝯtradicē
Sz qꝛ Kuꝰ ipſiꝰ ſuz: nō qd volo facio
ſz qd iuſſerit m̄ dn̄s meꝰ. Seruꝰ āt
eiꝰ ſum vnus ex innūerabilibꝰ ſer
uis q̄ oēs diuerſas artes ſcimꝰ: et
imus ꝑ ꝓuincias et q̄cq̄d lucrati
fuerimꝰ d̄ arte nr̄a: ipi fideliter aſ
Aſcendert (ferimꝰ. Tu āt. ⌊R. v.
ꝗ nauim ⁊ cuz nauigarēt dixit ab/
banes ad thomā. Et q̄d ſcire de ar
tibꝰ potes: qꝛ ꝑtulit te dn̄s tuꝰ mi/
hi? Cui thomas rn̄dit. Colloco fun
damēta q̄ nūq̄ʒ veteraſcūt: ⁊ ſtruo
parietes q̄ nunq̄ʒ corruūt: facio ex
edras ⁊ feneſtras vt domꝰ nūq̄ʒ lu
mē dehabeat. Erigo aūt fabricaz
in altitudinē vt om̄e edificiū ꝑcel/
lat. Edificia aūt mea q̄uis extrin/
ſecus habeant ſpecioſitatē: intus
plus hn̄t pulcritudinē. Tu. R. vj.
Quid miſta tibi dicā de artis mee
ꝑitia. Oīa q̄ in marmore. oīa q̄ in
ſtructura pn̄t eſſe neceſſaria ego
faciā: ⁊ quātos volueris mihi da/
re diſcipulos ego docebo. Dicit ei
abbanes. Magnꝰ eſt vir iſte q̄ ta/
les hab; Kuos melior ē q̄uis rege.
Dicit ei thomas. Bn̄ dixiſti. Nā et
filiꝰ eſt regis vnicꝰ ⁊ tenet regnuz
pr̄ eiꝰ in ſupnis montibꝰ vbi hoſtꝭ
nunq̄ʒ pōt introire: vbi nullus pe
nitꝰ infirmꝰ: nullus paup nullus
aliq̄d indigēs. Tu. ¶ Scd̄m iohem
In il. tē. Thomas vnꝰ (ca. xx.
ex diſciplis eius q̄ dr̄ didimus

nō erat cū eis qn̄ venis ieſus: dixe
rūt ei aliȷ̄ diſcipuli: vidimus dn̄m.
Et rel. Omel. bti Grego. pa.
Iſte vnus diſcipulis defuit:
reuerſuſq; qd geſtū ē audiuit: au/
dita credere rēnuit. Venit iterȝ do
minꝰ et nō credēti diſcipulo latus
palpandū prebuit: manꝰ oſ̄ndit: ⁊
oſtēſa ſuoꝝ cicatrice vulnerū infi/
delitatis illiꝰ vulnus ſanauit. Tu
Quid frēs kmi q̄d inter h̄ ¶ R. viij
aīaduertitis? Nunq̄d caſu geſtuz
creditis: vt electꝰ ille diſcipulꝰ: tūc
deeſſet: pꝰ aūt veniēs audiret: au
diēs dubitaret: dubitās palparet
palpās crederet. Nō h̄ caſu ſz diui
na diſpenſatiōe geſtū eſt. Egit nā/
q̄ʒ miro mō ſupna clemētia: vt di/
ſciplus dubitās dum in mgr̄o ſuo
vulnera palparet carnis in nob.
vulnera ſanaret infidelitatꝭ. Tu.
Plus em̄ nob thome infi ¶ R. ix.
delitas ad fidē. q̄ʒ fides credentiuz
diſcipuloꝝ ꝓfuit qꝛ dū ille palpan
do ad fidē reducitur: nr̄a mēs om
ni dubitatiōe poſtpoſita in fide ſo
lidatꝰ. Hic q̄ppe diſcipulū pꝰ reſur/
rectionē ſuā dubitare ꝑmiſit: nec
tn̄ in dubitatiōe deſeruit ſicut an/
te natiuitatē ſuā mariā ſpōſuz ha
bere voluit: q̄ tn̄ ad eiꝰ nuptias nō
ꝑuenit. Nā ita factꝰ ē diſciplus du
bitās ⁊ palpās teſtis vere reſurre
ctionis: ſicut ſpōſus mr̄is fuerat
cuſtos integerrime v̄ginitatꝭ. Tu
Te deū d̄r. ¶ Ante lau. v̄. Nimis ho
no. ⌊ Ad lau. et ad pri. ⁊ ad alias hoſ̄
ꝑ oīa vt i cōi de aplīs. lviij. Sup bn̄.
an̄. O thoma. ſcl' tm̄ vtſ̄. Coll. etiaz
vtſ̄. Dein an̄. Nolite ⁊c. vt ordina/
rius de aduen. docet. Require ꝑdictā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

añ.fer̄.q̄rta pꝰ dñicā.iiij.ī lau.xxiiij.
Scď vs̄. nō dn̄r ꝺ eo ꝓpter ſequēs fe
ſtū.ſꝫ ſcti Gregorij ſpoletani.de quo
dn̄r pri. veſ. Et ſi feſtū Gregorij ve/
nerit in dn̄icaꝫ ibidē ſuabit ſcdm̄ ma
iorē eccl'. colon̄ Sꝫ alij poſticipabūt ī
feri.ij.ſeq̄n. vt regiſtrū ꝺ aduētu docꝫ
¶☞ In feſto Gregorij ſpoletani ad
pri.vs̄.an̄. Beatꝰ vir.ps.fer̄. Cap.
Btūs vir.lx. R̄. Iuſtū deduxit.lxj
Req̄re hec oīa in cōi de vno martyr.
Martyr egregie deo ¶Hym.
M dilecte ad te clamātiuꝫ voces
tuorꝝ ꝓpitius audi ſancte gregori.
Ora ꝓ famlis tibi deuotis ⁊ coraꝫ
iudice veniaꝫ poſce ne nos iudicio
dānet extremo. Trinitati decꝰ ho
nor ⁊ v̓tus inſeꝑabili laus vnitati
ꝯcors imperiū om̄e ꝑ euū. Amē. v̄
Poſuiſti. Super magt̄.an̄. Iſte co
Ognouit. vt in cōmuni . lx Coll'
Deus q̇ ſctis tuis ſꝑ gloſus ꝓ
dicaris: ꝯcede q̄s: vt q̇ bti gregorij
martyris tui merita veneramur
ipſiꝰ auxilio ꝑpetuis gaudijs per
fruamur. P. Suffr̄. de ſctō thoma.
O thoma. vts̄. v̄. Nimis honorati
Coll'. vts̄. Cet̄. q̄ ſuffragāda ſunt re/
quire in ordinario de aduen. ¶Ad cō
pleto. hȳ. ꝑ totū cū cap̄. vts̄. in veſ. v̄.
Iuſtꝰ vt pal. Sr̄ nūc di. an̄. Iſte co/
gno. vt ſupra. Pꝰ Carnis. v̄. Iuſtū
deduxit. Coll'. vts̄. ¶Ad mat. Inui
ta. Regē martyꝝ ⁊c̄. ꝑ totuꝫ require
de vno marty. lx ¶Lcō prima
Cum ingreſſus eſſꝫ btūs gre/
gorꝰ in carcerē angelus dn̄i appa
ruit illi dicēs. Pax tecū gregori no
li timere: ⁊ ꝯtinuo vincla eiꝰ diru
pta ſunt et claritas dn̄i circūfulſit
illū. Die altera ſubſeq̄nte: iuſſit ſi
bi flaccꝰ ſedē in medio foro colloca
ri ⁊ beatū gregoriū ante veſtigia
ſua repreſentari Tu. ¶Lectio ſcda
Cūqꝫ repſentatꝰ fuiſſet beatꝰ gre
gorius in medio foro flaccꝰ dixit il/
li. Accede maledicte ⁊ fac tibi ꝓpiti/
os deos imortales anteq̄ȝ te morti
tradā. Cui ſctūs gregorius r̄ndit
Maledicti ſunt hoīes q̇ cōfidūt in
idolis. Audiēs h̄ flaccus: exarſit vt
ignis dicēs. Tircanuꝫ mihi celerit̄
vocate. Tircanꝰ dixit: ecce aſſum.
Et iuſſit eadē hora (Tu. L. tertia
impijſſimꝰ flaccus vt btūs grego
rius tractꝰ in medio amphiteatro
capite trūcaret̄. Sctūs v̾o grego/
rius orabat dicēs. Bn̄dictꝰ es dn̄e
ds̄ meꝰ ⁊ rex meus adiutor meꝰ et
liberator meꝰ q̇ me hodie de h̄ mū
do ad te vocare dignatꝰ es Tu aūt
Reſpiciēs aūt ad ce ¶Lcō q̄rta
lū audiuit vocē magnā dicē
tē ſibi: ecce gregori coronatꝰ es et ī
numero ſcōꝝ meoꝝ aſſcriptꝰ es: ī
gredere ad me bn̄dicte dn̄i: prepa
rata ē habitatio tua. Adhuc ange
lo loq̄nte ab aq̇linio ſpatario capi
Tircanꝰ (te trūcatus eſt. L. v.
v̾o iuſſit dimitti feras terribiles:
vt corpꝰ bti gregorij abſorberent.
Fere v̾o rabiētes venerūt vſqꝫ ad
corpꝰ ⁊ flectētes capita ſua adora/
uerūt corpꝰ bti gregorij: ⁊ h̄ audi/
ens ꝓpl's clamauit voce magna di
cēs: vere magnꝰ eſt ds̄ xp̄ianoꝝ: et
mlti crediderunt in dn̄o Flaccꝰ v̾o
eadem die ꝑcuſſus ab angelo euo
mēs interiora ſua expirauit. Tu.
Corpꝰ v̾o bti gregorij ¶Lcō. vj.
iacebat ī medio āphiteatro. Erat
aūt quedā xp̄iana abūdantia no/

mie q̄ accedens ad tyrannu; petijt
corp⁹ beati gregorij vt eū collige/
ret in medio amphiteatro: ꝫ quia
nō potuit obtinere alit̄. datis trigi
taq̄nq; aureis a tyranno corp⁹ re/
cepit: ⁊ vt decuit martyrē honori/
fice ſepeliuit. Poſtea vō p brunō/
nē archiepm colon̄ trāſlatū ē cor/
pus martyris de vrbe romano in
coloniā agrippinā ⁊ collocatū i ſū/
mitatē loculi triū regū. Tu. Euā/
gel'. Si q̄s vult poſt me. ⁊c. vt in cōi
de vno martyre. Te deū d: ſuffra. de
feria ⁊c. Coll'. vtſ. ¶ Ad pri. et ad cet.
hoſ d: tot⁹ hy̆. ſcꝫ. Martyr egre. vt
ſup. An̄. de laud. Qui me ↄfeſſus.
p̄ter q̄rtaꝫ. Cap. R. v. Require in cōi
de vno mar. lyj. Coll'. vtſ. ¶ In. ij.
veſ. v. Iuſt⁹ vt pal. cet. vtſ in pri. ve
ſpe. p⁹ coll'. feſti d: ſuffra. O emanu/
el. cū v. et coll'. ⁊ an̄. de feria ⁊c. vt or/
dinari⁹ docet. Cōpl'. de aduentu.

¶☞ De ſancto thoma cātuarienſi
⁊ ſiluestro Require. s. poſt natiuita/
tis xp̄i de tempore. fol'. cviij.

¶☞ Felicis in pincis confeſ. ⁊ pōti.
Concede q̄s ops de⁹ vt Coll'.
ad meliorē vitā ſanctoꝝ tuo/
rū exēpla nos ꝓuocent q̄ten⁹ quo
rū ſolēnia agimus ⁊ actus imite/
mur. Cet. ſicut in feſto officiato ex cō

¶☞ Marcelli pape (muni de cōfeſ.
Preces ꝑpl'i tui (⁊ marty Coll'.
q̄s dn̄e clementer exaudi: vt
bt̄i marcelli martyris tui atq; pō
tificis meritis adiuuemur cuius
paſſione letamur. P dominum.

## De ſctō antonio ad p̄

mas vſ. ſup pſ. ferial'. an̄. Amauit
eū. Capm. Dedit dn̄s confeſſionē.

vt in cōi de vno abbate. R. Iuſtū de
duxit. Req̄re i. iij. noc. d cōfeſ. lxviij
Hym. Iſte ↄfeſ. v. Amauit eum.
Sup magt an̄. O lampas ardēs
in v̄tute o lucerna ſup candelabꝝ
poſita antoni ſerue xp̄i ad cui⁹ ſuf
fragia languentiū ſuſpirāt vota
ↄfer nob vite ſubſidia vt p tua me
rita valeam⁹ cūcta euadere ꝑicu/
la ⁊ gehēne ignis incēdia. ¶ Coll'.
Deus q̄ cōcedis obtētu bt̄i an/
tonij ↄfeſſoris tui atq; abba/
tis morbidu; ignē extingui: ⁊ mē/
bris egris refrigeria preſtari: fac
nos ꝓpitius ipſi⁹ meritis ⁊ p̄cibus
a gehēne ignis incēdijs liberatos
integros mente ⁊ corꝑe tibi felici/
ter in gloria p̄ſentari. P do. Suff.
de dn̄a. Rubum quem ⁊c. vtſ. cum
cete. ſuffra. de dupl'. feſto preter de ſctā
cruce. ¶ Ad cōpl'. hym. Iſte ↄfeſ. ⁊c.
ſicut in dupl'. habet̄ de confeſ. Capm
Dedit dn̄s. vtſ. v. Iuſtus vt pal.
Sup nunc di. an̄. O lampas. vtſ.
Coll'. etiā vtſ. Ad mat. Inuit ⁊c. oīa
ſicut de vno abbate in cōi habet̄. Lcō
nes vt infra. ¶ Lectio prima.
Antoni⁹ cū viginti eſſet anno
rū ⁊ audiret legi in eccl'a. Si vis ꝑ
fect⁹ eſſe vade ⁊ vende oīa que ha/
bes ⁊ da pauperib⁹: oīa ſua vē/
dens pauꝑibus erogauit: ⁊ here/
miticā vitā duxit. Hic innumera/
bilia demonū tētamēta ſuſtinuit.
Quadā vice dū ſpm fornicatōnis
virtute fidei ſuꝑaſſet: diabolus in
ſpecie pueri nigri ante eū ꝓſtrat⁹
apparuit: ⁊ ſe ab eo victū ↄfeſſus ē.
Nā ⁊ hoc precib⁹ impetrauit vt vi
deret fornicatiōis demonē iuueni
bus inſidiantē. Quē cu; in p̄dicta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

forma vidiſſet dixit. Viliſſima ſpe
cie mihi apparuiſti: te vltra non ti
Alia vice dū (mebo. Tu. ⸤Lcō.ij.
in quodā tumulo latitaret: multi
tudo demonū eum adeo lacerauit
ꝙ miniſter eiꝰ eum quaſi mortuū
humeris proprijs apportauit. Cū/
qꝫ oēs qui venerant quaſi mor/
tuū ploraſſent dormientibꝰ cun/
ctis ſubito antonius reuiuiſcit: et
a miniſtro ad predictū tumulum
ſe iterū portari fecit. Qui cum ibi
ex dolore vulnerū proſtratus iace
ret: ex virtute animi ad conflictū
demones excitabat. Tūc illi in va/
rijs ferarū formis apparuerūt: et
eum iterū dentibus: cornibus et
vnguibus crudeliſſime lacerauer/
unt. Tunc ſubito ſplendor appa/
ruit ⁊ demones cunctos fugauit.
Antonius (Tu aūt. ¶ Lcō tertia.
autē continuo ſanatus et xp̄m ibi
adeſſe intelligēs: ait. Vbi eras bo
ne ihu vbi eras quare a principio
hic non fuiſti vt me adiuuares et
vulnera mea ſanares? Cui domi/
nus. Antoni hic eram ſed expecta
bam videre certamen tuū. Nunc
autem quia viriliter dimicaſti: in
toto orbe te faciam nominari. Tā
ti autē feruoris erat ꝙ cum maxi
mianus imperator xp̄ianos occi/
deret: ipſe martyres ſequebatur:
vt cum eis martyr fieri mereret:
⁊ vehementer triſtabatur eo ꝙ ſi/
bi martyrium non dabatur. Tu.
Dum autem in alterū ¶ L. iiij
heremum pergeret: argen/
teum diſcum reperit et intra ſe ſic
dicere cepit. Unde hic argenteus
diſcus vbi hominū veſtigia nulla
videntur. Si enim viatori cecidiſ/
ſet: vtiqꝫ pre ſui magnitudine late
re non poſſet. Hoc diabole artifi/
cium tuū ē: voluntatē tamē me/
am nunꝙ poteris immutare. ⁊ hͦ
dicto diſcus vt fumꝰ euanuit Poſt
modum ingentem maſſam veri
auri reperit: ſed vt incendium au
rum fugit. Sicqꝫ ad montē fugi/
ens viginti annis ibi ꝑmanſit in/
numeris coruſcans miraclis. Tu.
Quadam vice dum in ſpi ⸤L c. v.
ritu raptus eſſet: totum mundū
laqueis ſeſe inuicem connectenti/
bus plenum vidit. Qui exclamās
ait Quis iſtos euadet? Et audiuit
Humilitas. Aliquādo dum ab an
gelis in aerem leuaretur: aſſunt
demones et eius tranſitum prohi
bent peccata ipſius ab exordio na
tiuitatis obijcientes. Quibus an
geli. Nō debetis illa narrare que
chriſti iam ſunt pietate deleta. Si
qua autem ſcitis ex quo factus eſt
monachus: illa proferte. Et cū in
probatione deficeret: liber antoni
us in ſublime tollitur ⁊ liber depo
nitur. Tu autem. ¶ Lcō. vj.
Quidā ſagittarius beatum anto
nium cum fratribus gaudentem
quadā vice aſpexit: ⁊ ei diſplicuit
Cui antonius. Pone ſagittam in
arcu ⁊ trahe. Quod ⁊ fecit. Cunqꝫ
hoc ſecundo ⁊ tertio fieri mandaſ/
ſet: dixit ſagittarius. Tantū tra/
here potero ꝙ de eius fractiōe do/
lebo. Cui antonius. Sic eſt in ope
re dei quoniā ſi ſupra menſuram
tendere vellemus citius frangē/
mur. Expedit ergo rigorem aliqn̄
relaxari. Hec audiens ille edifica/

tus receſſit ſine vlla ſcientia litte/
rarum ſcripturas diuinas ⁊ me/
moriter audiendo tenuiſſe: ⁊ pru/
denter cogitãdo intellexiſſe predi/
catur. Tandez beatus antoni⁹ cen
teſimoquinto anno vite ſue frẽs
deoſculans in pace quieuit. Tu
Euãgel. Ecce nos reliq̃m⁹ oĩa. vtš
in cõi de confeſ. fol. lxx. Sz R. requi
re infra in conuerſio. pauli. lxxxvij.
Laud. Quinqz talenta. Cap. De/
dit domin⁹ confeſſio. v. Juſtus vt
palma Require ĩ cõmuni de vno ab
bate. lxix Sup bñd. añ. O lãpas ar
dens. vtš cum coll. etiam vtš. ¶ Ad
primã et ad alias hoš. hym. Iſte cõ/
feſ. ſm ordinẽ verſuũ vt in cõi. lxvj.
Añ. de laud. Quinqz talenta. ſcđm
ordinem preter q̃rtam. Cap. et coll'a
vtš. in lau. ¶ Ad pri. R. Chriſte fili.
cum cete. vt in pſal. Poſt Carnis re
ſur. v. Juſtum deduxit ⌊ Ad cete. ho
ras. R. Amauit eum. cum cete. R.
et v. vt in cõi de confeſſo. lxvij Ceter.
vtš. ¶ In. ij. vš. ſuper ps ferial. añ.
Amauit. hym. Iſte ꝯfeſſor. Capm.
Dedit domin⁹ vtš. v. Juſt⁹ vt pal.
Sup magt. añ. O lampas ardẽs.
vt ſup. Coll. etiã vtš ⌊ Cõpl. de tpe.
¶ ☞ Priſce v̓ginis et marty. Coll'a.
Da queſumus om̃ipotens de/
us vt qui beate priſce virgis
ac martyris tue natalicia colim⁹:
⁊ annua ſolẽnitate letemur ⁊ tan
te fidei proficiamus exemplo. P.
¶ ☞ Marij ⁊ Marthe marty. Coll'
Exaudi domine populũ tuuz
cum ſanctoꝝ tuorum marij
et marthe tibi patrocinio ſupplicã
tem vt ⁊ temporalis vite nobis tri
buas pace gaudere: ⁊ eternuz re/
perire ſubſidium. Per dominũ.

# De ſanctis fabiano et

ſebaſtiano ad pri. vš. ſup. pš. feri. añ.
Sanctum eſt verꝫ lumen et admi
rabile miniſtrans lucez his qui p/
manſerunt in agone certaminis
recipiunt ab ipo ſplendorem ſem
piternum in quo aſſidue felices le
tãtur. Hym. Rex glorioſe. cuz cap.
et v. vt in cõi de martyr. lxij. Super
mgt añ. Elegit dñs virum de ple/
be ⁊ claritatem viſionis eterne de
dit illi celebremus ſolẽnitatem ſe/
baſtiani martyris: gaudiũ ſit in ce/
lo ⁊ in terra pax hominibus bone
Infirmi (voluntatis. ¶ Coll.
tatem noſtrã reſpice om̃ipo/
tens deus: et quia pondus prope
actionis nos grauat beati fabia/
ni martyris tui atqz pontificis in/
terceſſio glioſa nos protegat. Se/
quitr̃ alia ſub vna concluſione.
Deus qui beatũ ſebaſtianum
martyrẽ tuuz virtute cõſtantie in
paſſione roboraſti: ex ei⁹ nob imi/
tatiõe tribue pro amore tuo pſpe/
ra mundi deſpicere: ⁊ nulla ei⁹ ad
uerſa formidare. P. cum ſuffra. cõ/
ſue. ¶ Compl. de tpe. Ad mat. Inui
ta. Regẽ martyꝝ. vt in cõi. ¶ In. j.
noct. Añ. Sebaſtian⁹ mediolanẽ
ſiũ partiũ ciuis quẽ pfuderat de⁹
gratia vt ab omnibus amaretur
pš. Beatus vir. j. Añ. Erat enĩ in
ſermone verax: in iudicio iuſtus.
pš. Quare fre. Añ. Chriſto quoti
die ſeduluz exhibebat officiũ: erat
enĩ ver⁹ dei cultor. pš. Dñe quid.
v. Letamini. ¶ Lectio prima.
Sebaſtianus vir xpianiſſim⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mediolanenſium partium erudi tus: ciuitate narbonenſi oriūdus diocletiano ꝛ maximiano impera torib⁹ ita charus erat vt ꝑncipatū ei ꝑme cohortis traderēt: ꝛ ſuo eū ꝯſpectui iuberēt ſemꝑ aſtare. Tu. ℟. Sebaſtian⁹ dei cultor ſtudio/ ſe curabat ſub abſconſo clamidis ſanctorū animas ꝯfortare. Speꝫ promittēs ꝛ gloriam cōſequi ſem/ piternā. ℣. Deo igit̄ ſtudebat red/ dere aīas quas diabolus conaba/ tur auferre. Spem. ¶ Lcō. ij.

Erat em̄ vir totius prudentie in ſermone verax in iudicio iuſtus in conſilio prouidus in cōmiſſo fi/ delis: in interuentu ſtrēnuus: in bonitate conſpicuus: in vniuerſa moꝝ honeſtate ꝑclarus. Hūc mili tes acſi patrē venerebant̄. Hunc vniuerſi q̄ preerāt pallatio cariſſi mo venerabātur affectu. Tu. ℟. Sebaſtianus vir xp̄ianiſſimus. Quē occultabat militaris habit⁹ ꝛ clamidis ſue obūbrabat aſpect⁹ ℣. Erat em̄ in ſmone verax in iu/ dicio iuſtus. Quem. ¶ L. iij.

Erat em̄ verus dei cultor ꝛ ne ceſſe erat vt quē de⁹ ꝑfuderat gra tia ab omnib⁹ amaretur. Chriſto igitur quotidie ſeduluꝫ exhibebat officium: ſed agebat q̄tenus h̄ ſa/ crilegis regibus eſſet occultū. Nō paſſionis timore ꝑterritus. Non patrimonij ſui amore cōſtrictus. ſed ad hoc tm̄ ſub clamide terreni imperij chriſti militeꝫ tegebat ab/ ſconditū vt xp̄ianorū animos q̄s in tormentis videbat deficere con fortaret: ꝛ deo redderet aīas quas diabolus conabat̄ auferre Tu. ℟.

Erat nāq: in ſermōe verax in iu/ dicio iuſtus ī ꝯſilio ꝓuidus: in bo/ nitate ꝯſpicuus. In vniuerſa mo rū honeſtate ꝑclarus. ℣. In ꝯmiſ/ ſo quoq: fidelis in interuentu ſtrē nuus. In. Glia. In. ¶ In. ij. noct. Añ. Ad h̄ tm̄ ſub clamide xp̄i milit tē tegebat abſcōditū vt deo redde/ ret animas q̄s diabolus conabat̄ auferre. ps. Cū inuoca. xlviij. Añ. Clariſſimis quotidie viris mar/ celliano et marco ſuadebat ſeculi blandimenta reſpuere ꝛ momen tanea tormentorū genera non ti/ mere. ps. Verba mea. xj. Añ. Se baſtian⁹ vir xp̄ianiſſimus quē oc cultabat militaris habit⁹ ꝛ clami dis ſue obūbrabat aſpect⁹. ps. Do mie dn̄s nr̄. j. ℣. Iuſti āt. ¶ L. q̄rta.

Denīq: poſtq̄ꝫ multas marty rū mētes a timore paſſionis eripuit: ꝛ ad coronā perpetue glo rie excitauit: ip̄e quoq: q̄s eſſet ap paruit: q: lumē ī tenebris laté nō potuit. Tu. ℟. Chriſto q̄tidie ſedu lum exhibebat officiū vt xp̄ianoꝝ aīas. Quas in tormentis videbat deficere ꝯfortaret. ℣. Ad h̄ tm̄ ſub clamide xp̄i militē tegebat abſcon ditū vt dō redderet aīas q̄s diabo/ lus conabat̄ auferre. Quas. L. v.

Clariſſimis igit̄ viris marcel liano ꝛ marco duob⁹ germa nis fratribus ꝓ xp̄i noīe in vincu/ lis ꝯſtitutis q̄tidie ſolatiū exhibe/ bat: ꝛ tā ip̄is q̄ꝫ etiā ſeruis eoꝝ cuꝫ quib⁹ tenti fuerant ſalutaria fidi cōſilia miniſtrabat quo fugitiua ſeculi blandimenta reſpuerent et momentanea tormētorum gene/ ra non timerent. Tu autem.

℟. Zoe vxoꝛ nicoſtrati dixit bea/
to ſebaſtiano beatus es tu ⁊ bene
dictus ſermo oꝛis tui. Per ihm chri/
ſtum dominū noſtruꝫ. ℣. Benedi/
cti qui in oīmibus que locutꝰ es cre
dunt. Per. ¶ Lectio ſexta.
Marcellianus ⁊ marcus cū be
atiſſimis conſolationibꝰ ſebaſtia/
ni acquieſcerēt ⁊ verba carnificuꝫ
animo perſeueranti trāſirent ca/
pitalem iuſſi ſunt ſubire ſententi
am: ea ſcꝫ ratione vt eodeꝫ momē/
to quo decollandi erant ſi ſacrifici
is conſenſiſſent: ⁊ parentibus ſu/
is et coniugibus ⁊ filiȷ̈s ⁊ faculta/
tibus redderentur. Tu. ℟. Egre
gie chriſti martyr ſebaſtiane prin
ceps ac ꝓpagatoꝛ ſanctiſſimoꝝ pre
ceptoꝝ ecce nomen tuum in libro
vite celeſtis aſcriptum eſt. Et me
moꝛiale tuuꝫ nō derelinquetur in
ſecla. ℣. Socius enim factus es ſu
pernaruꝫ virtutum que ⁊ in celis
ſpiritum tuū ſuſceperūt. Et. glia.
Et. ¶ In. iij. noct. An. Ut vidit bea
tus ſebaſtianus athletas dei im/
menſo certaminis pōdere fatiga/
ri dixit: o foꝛtiſſimi milites chriſti
nolite per miſera blandimēta co/
ronam deponere ſempiternā. pſ.
In domino ꝯfi. ij. An. Sebaſtia/
nus dixit marcelliano ⁊ marco nō
vos ſeducant blandimenta mlie/
rum. pſ. Dn̄e quis. iij. An. Noli/
te timere non ſeparabuntur a vo
bis ſed vadunt in celuꝫ parare vo
bis ſidereas manſiones. pſ. Dn̄e
in virtute. v. ℣. Juſtoꝛum anime.
¶ ☞ Euangel'. Deſcendens ieſus
de monte ſtetit in lo. xc. Require in
cōi ſancto. lxv. ℟. In illo loco pro/
miſſio vera eſt ⁊ peccatoꝛuꝫ remiſ
ſio ſplendoꝛ et lux perpetua ⁊ ſine
fine leticia. Quam meruit chriſti
martyr ſebaſtianus. ℣. In circui/
tu tuo domine lumen eſt quod nū
ꝗ̄ꝫ deficiet vbi conſtituiſti lucidiſſi
mas māſiones. Quā. ℟. Elegit
dominus virum de plebe et clari/
tatem viſionis eterne dedit illi: ce
lebꝛemus ſolēnitatem ſebaſtiani
martyris. Gaudium ſit in celo et
in terra pax hominibus bone vo/
luntatis. ℣. Beatus es ⁊ bene tibi
erit egregie chriſti martyr ſebaſti
ane. Gaudiū. ℟. Beatus es tu ⁊
bn̄ tibi erit egregie martyr ſeba/
ſtiane. Quia cum ſanctis gaude/
bis ⁊ cum angelis exultabis inet/
num. ℣. Beatus es chriſti martyꝛ
ſebaſtiane ⁊ benedictus ſermo oꝛis
tui. Quia. Gloꝛia. Quia. ¶ Ante
laud. ℣. Juſti autem in perpetuū.
Sebaſtianus dei ⌊ Ad laud. An.
cultoꝛ ſtudioſe curabat ſub abſcō/
ſo clamidis ſanctoꝛū animas con/
foꝛtare: ſpem pꝛomittens ⁊ gloꝛiā
conſequi ſempiternā. pſ. Dn̄s re/
gna. deco. vj. cū cet. pſ. An Si ego
verus chriſti ſeruꝰ ſuꝫ et vera ſunt
omnia que ex oꝛe meo hec mulier
audiuit ⁊ credidit: apiat os eius ꝗ
aperuit os zacharie ꝓphete domi/
ni. An. Ad hāc vocem xpi marty/
ris ſebaſtiani illico apertuꝫ eſt os
vxoꝛis nicoſtrati. An Zoe vxoꝛ ni
coſtrati dixit btō ſebaſtiano beatꝰ
es tu ⁊ bn̄dictus ſermo oꝛis tui. An.
Sāctꝰ ſebaſtianꝰ dixit nicoſtrato
ſaluatoꝛ noſter pꝛo peccatoꝛibꝰ ex
hibere dignatus eſt ſuam preſen/
tiam. Cap. Sancti per fideꝫ. lxiiij

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum v. vt in cōmuni. Sup bene. añ. Beatus es et bene tibi erit egregie martyr ſebaſtiane: quia cum ſanctis gaudebis et cum angelis exultabis in eternū. Coll'. ambe vt ſupra cum ſuffra. conſue. Ad primā de tempe cete. hor. mixtim. Coll'. ambe ad omēs hoꝝ vt ſupra preter ad primā. Scđe veſ. non dicunt propter feſtum ſequens. niſi anticipatuꝫ fuerit de dominica. lxx. tunc habet. ij. veſ. videlicet ſuper pſ. feria. añ. Sanct⁹ ſebaſtianus. vt in laud. Hym. Rex gloſe. lxiij. Capm. Corpora ſctoꝝ cum. v. Mirabilis deus. lxv. Super mgt añ. Egregie martyr. Coll'. ambe vts cū ſuffra. de dñica ⁊ cōſue.

## De ſancta agnete virgine

In pri. veſpe. ſuper pſ. feriales añ. Ingreſſa agnes. vt infra ī laud. ¶ Capm. ij. Corinth. xj.

Emulor enim vos dei emulatione deſpondi enī vos vni viro virginē caſtā exhibere xpo. Deo gr̄. R. Regnū mūdi. lxvij vel R. Ipſi ſuꝫ deſpōſata. vt infra in. ij. noct. Hy. Ieſu corona. v. Specie tua. lxvj. Sr. magt Añ. Stās a dextris ei⁹ agn⁹ niue cādidior xps ſibi ſpōſaꝫ ⁊ martyrem conſecrauit. ¶ Coll'a

Omnipotens ſempiterne ds qui infirma mūdi eligis vt fortia queqꝫ cōfundas: concede ꝓpitius: vt qui beate agnetis virginis ⁊ martyris tue ſolēnia colim⁹ eius apud te patrocinia ſentiam⁹. Per do. ¶ Seqt̄ de ſancto patroclo. añ. Iſte cognouit. v. Poſuiſti. lx. Coll'.

Adeſto queſumus dñe ſupplicationib⁹ noſtris: vt q̄ ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcim⁹ beati patrocli martyris tui interceſſione liberemur. Per do. ¶ Deinde ſequit̄ d' ſancto ſebaſtiano. Añ. Egregie martyr ſebaſtiane princeps ac ꝓpagator ſanctiſſimoꝝ p̄ceptoꝝ: ecce nomen tuum in libro vite celeſtis aſſcriptū eſt: ⁊ memoriale tuū nō derelinquetur in ſcl'a. v. Mirabilis ds Coll'. ambe vts. in pri. vs. ſebaſti. cū ſuff. cōſue. ¶ Ad cōpl'. hy. Ieſu coroñ. cū duob⁹ vlti. v. Cap. Emuloꝛ. vts. v Elegit eā Sup nunc di. añ. Stā agnes. vt infra in. ij. vs. Poſt Carnis. v. Adiuuabit. Coll'a. Omps ſempit̄. tm̄ vts. ¶ Ad mat. Inui. Regē virgi. vt in cōi. ¶ In pri. noct. añ. Diſcede a me pabulū mortis q2 iaꝫ ab alio amatore preuēta ſum. pſ. Dñe dominus noſter. j. Añ. Dexterā meam ⁊ colluꝫ meū cinxit lapidib⁹ ꝓcioſis tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas. pſ. Celi enar. v. Añ. Poſuit ſignū in faciem meā vt nullū p̄ter euꝫ amatorē admittā. pſ. Dñi ē ter. xxiiij. v. Specie tua. ¶ L. pri.

Man⁹ iudex iuſſit beataꝫ agnetē exſpoliari ⁊ nudā ad lupanar duci ſub voce p̄conis dicētis. Agnē ſacrilegam virginem dijs blaſphemias inferentem ſcortum lupanaribus datam. Statim autem vt expolita eſt crine reſoluto: tantam denſitatem capillis eius gratia diuina conceſſit vt melius eorum fimbriis videretur q̄ veſtibus tecta Tu. R. Diē feſtū ſacratiſſime v̄ginis celebremus q̄liter paſſa ſit btā agnes ad memoriā reuocem⁹ tercio

decimo etatis ſue anno morte͂ perdidit ꝛ vitã inuenit. Quia ſolũ vite dilexit auctore͂. v. Ingreſſa agnes turpitudis locũ angelũ dñi p paratũ inuenit. Gla. L. ſcda.

Ingreſſa agnes turpitudis locũ: angelũ dñi illic ita preparatũ inuenit vt circũdaret eã imẽſo lumine: ita vt nullus eã poſſꝫ p ſplẽdore nec ↄtingere nec videre. Fulgebat em̃ tota cella illa q̃ſi ſol radiãs in v̓tute ſua. Tu. ℟. Dexterã meaꝫ ꝛ collũ meũ cinxit lapidib⁹ p̃cioſis: tradidit aurib⁹ meis ineſtimabiles margaritas. Et circundedit me v̓nantib⁹ atqꝫ chorruſcãtib⁹ ge͂mis. Induit me dñs cyclade auro texta: ꝛ imenſis monilib⁹ ornauit (me. Et. L. tertia.

Unqꝫ hec agerent prefecti fili⁹ q̃ autor erat hui⁹ ſceleris venit ad locũ cuꝫ ſodalib⁹ ſuis iuuenib⁹ q̃ſi inſultatur⁹ puelle: cũ quib⁹ ſe poſſe credebat libidis ſue ludibriũ exercẽ. Et vidẽs tm̃ lume͂ circa eam nõ dedit honore͂ ↄo: ſꝫ irruẽs in ipſo lumie p̃uſqꝫ eã vel manu ↄtingeret cecidit in facie͂ ſuã: ꝛ p̃focat⁹ a diabolo expirauit. Tu. ℟. Amo xp̃m i cuius thalamũ introiui: cui⁹ mr̃ virgo eſt: cui⁹ pr̃ feiaꝫ neſcit: cui⁹ mihi organũ modulatis vocib⁹ cantat. Que͂ cũ amauero caſta ſuꝫ cũ tetigero mũda ſũ cũ accepero v̓go ſuꝫ. v. Mel ꝛ lac ex ei⁹ ore ſuſcepi et ſanguis ei⁹ ornauit genas meas. Que͂ Gla. Que͂. ¶ In. ij. noct. añ. Induit me dñs cyclade auro texta ꝛ imenſis monilib⁹ ornauit me ps. Eructa. xliij. Añ. Mel ꝛ lac ex ei⁹ ore ſuſcepi et ſanguis ei⁹ ornauit genas meas. ps. De⁹ nr̃ refu. xv. Añ. Ipſi ſoli ſuo fide͂ ipſi me tota deuotiõe cõmitto. ps. Fundame. lxxv. v. Diffuſa e͂. ¶ L. q̃rta.

Prefect⁹ aũt audiẽs filiũ ſuũ interiſſe: cũ ingenti tumultu ꝛ luctu venit ad theatrũ ꝛ ingreſſus ad locuꝫ in q̊ corp⁹ filij ſui iacebat exanime cũ ingẽti clamore dicebat btiſſime virgini. Crudeliſſima oim̃ feiaꝝ ad filiũ meũ voluiſti apodixen tue artis magice demõſtrare. Et cũ talia atqꝫ hmõi v̓ba mlta repeteret: ꝛ cauſas mortꝭ ei⁹ ab ea vehemẽter inq̃reret: ait ad eũ btiſſima agnes. Ille cui⁹ voluntatẽ volebat pficere: ipſe in eũ ptãteꝫ accepit. Tu. ℟. Omĩpotẽs adorãde colẽde tremẽde bñdico te qꝛ p filiũ tuũ vnigenitũ euaſi minas hoim̃ ipioꝝ. Et ſpurcitias diaboli impolluto calle trãſiui. v. Ingreſſa agnes turpitudis locũ angelũ dñi preparatũ inuenit. Et. L. v.

Dicit ei p̃fect⁹ In h̃ apparebit qꝛ nõ magicis artib⁹ iſta geſſiſti ſi deꝑcata fueris ipſum angeluꝫ: vt reſtituat mihi filiũ meũ ſanũ. Cui btã agnes reſpõdit licet fides vr̃a h̃ nõ mereat impetrare a dño: tñ qꝛ tp̃s eſt vt añ hãc turbaꝫ v̓tus dñi mei ihũ xp̃i manifeſtet: egredimi oẽs foras vt ſolitã ei oratiõeꝫ offerã. Tu. ℟. Ipſi ſuꝫ deſpõſata cui angeli ſeruiunt cui⁹ pulchritudinem ſol et luna mirantur Ipſi ſoli ſeruo fidem ipſi me tota deuotione committo. v̓ſus. Propter v̓itateꝫ ꝛ mãſuetudine͂ ꝛ iuſti(tiã. Ipſi. ¶ L. vj.

Unqꝫ vniuerſi fuiſſent egreſſi proſter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nēs ſe in faciē ſuā cepit orare dn̄m
vt iuuenē reſuſcitaret. Orāte aūt
illa appuit ei angelus dn̄i q̄ eleua
uit eā flentē ⁊ ꝯfortans animū ei⁹
iuuenē ſuſcitauit. Qui egreſſus
foras cepit publica voce clamare
⁊ dicere: vn⁹ ds̄ in celo ⁊ in t̄ra ⁊ in
mari q̄ eſt ds̄ xp̄ianoꝝ. Nā oia tē
pla vana ſunt: dij q̄ colunt̄ oēs va
ni ſunt ⁊ peruit⁹ nec ſibi pn̄t nec ali
is aliq̄d auxiliū p̄ſtare. Tu. ℟. In
duit me dn̄s veſtimēto ſalutis: ⁊ i
dumento leticie circūdedit me. Et
tāq̄ ſpōſā decorauit me corona. ℣.
Induit me dn̄s cyclade auro texta
⁊ immēſis monilib⁹ ornauit me.
Et. Glā. Et. ¶ In. iij. noct. an̄. Cu
ius pulcritudinē ſol ⁊ luna mirā/
tur ipi ſoli ſuo fidē. ps̄. Cātate. p̄.
xxvii. An̄. Xp̄s circūdedit me ver
nātib⁹ atq̄ coruſcātib⁹ gēmis p̄ci/
oſis. ps̄. Dn̄s reḡ. exul. xxvii. An̄.
Ipſi ſū deſpōſata cui angeli ſer/
uiūt: cui⁹ pulcritudinē ſol et luna
mirant̄. ps̄. Cātate. ij. xxviii. ℣. Ad
iuuabit. Euāgel. Simile eſt regnū ce
loꝝ decē v̄gi. vt in cōi. lxvij. ℟. Iā
corp⁹ eius corpi meo ſociatū eſt et
ſanguis ei⁹ ornauit genas meas.
Cui⁹ mr̄ v̄go ē cui⁹ pr̄ feiā neſcit.
℣. Ipi ſū deſpōſata cui angeli ſer
uiūt: cui⁹ pulcritudinē ſol ⁊ luna
mirant̄. Cui⁹. ℟. Pulcra facie: ſ;
pulcrior fide btā es agnes reſpu/
ens mūdū letaber⁹ cū angel̄. Inēce
de p oībus nob. ℣. Spē tua ⁊ pul/
critudie tua intēde ꝓſpe ꝓcede et
reḡ. Inē. ℟. Mel ⁊ lac ex ei⁹ ore ſu
ſcepi. Et ſanguis eius ornauit ge/
nas meas. ℣. Cuius pulcritudinē
ſol ⁊ luna mirant̄ ipi ſoli ſuo fidē

Et. Glia. Et. ¶ An̄ lau. ℣. Adiuua.
Ingreſſa agnes tur⌊pitudis locū angelū dn̄i p̄paratū
inuenit. ps̄. Dn̄s reḡ. deco. cū cete.
ps̄. An̄. Mecū em̄ habeo coſtodem
corpis mei angelū dn̄i. An̄. Anu/
lo ſuo ſubarrauit me dn̄s me⁹ ih̄s
xp̄s ⁊ tāq̄ ſpōſā decorauit me co/
rona. An̄. Bn̄dico te pr̄ dn̄i mei ie
ſu xp̄i: q: p filiū tuū ignis extinct⁹
eſt a latero meo An̄. Congaudete
mecū ⁊ ꝯgratulami: q: in his om̄i
bus lucidas ſedes accepi. Capm.
Emuloꝛ. vt s̄. ℣. Elegit. Sr̄ bn̄. An̄
Stās btā agnes in medio flāme
expāſis manib⁹ orabat ad dn̄m oī
potēs adorāde colēde tremēde bn̄
dico te ⁊ glifico nomē tuū inet̄nū
¶ ☞ Sequit̄ de ſctō pa⌊trodo an̄. Hic vir deſpi. vt in cōi. lxj
℣. Iuſt⁹ vt pal. Coll. Adeſto. vt ſup
⌊Pri. et cet. hor̄. dicunt̄ d feſto cū hy̆.
Ieſu corona v̄. ſm ordinē verſuū cū
an̄. de lau. etiā ſm ordi. excepta q̄rta.
Cap̄. et coll̄ tm̄ de ſcā agnete vt s̄. ℟.
et ℣. de v̄gi. In. ii. vs̄. ſup ps̄. feria.
an̄. Cōgaude. vt i lau. hy̆. et cap̄. vt s̄
℣. Elegit. Sup. mḡt an̄. Btā ag/
nes in medio flāmaꝝ expāſis ma
nib⁹ orabat te dep̄cor venerāde co
lēde pr̄ metuēde: q: p ſctm̄ filiū tu
um minas euaſi ſacrilegi tyran/
ni et carnis ſpurcitias immacula
to calle tranſiui: ⁊ ecce venio ad te
quē amaui quē queſiui quē ſemꝑ
optaui. Coll. tm̄ de ſcā agnete vt s̄.
¶ ☞ De ſancto patrodo nō dicitur
ſuffra. hic in ſcdis veſpis.

# De ſctō vincētio mar⌊tyre

Adeſto q̄s dn̄e ſup⌊plicationib⁹ nr̄is vt q̄ ex iniq̄ Coll.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fate nr̄a reos nos eē cognoſcim⁹ bea
ti vincentij martyris tui intceſſio
ne liberemur. P. Lec. vt in feſtis offi.
Si venerit in dn̄icā. lxx. trāſfert̄ pro
pter officiū miſſe ipſi⁹ in fer. ij. ſeq̄nte
ſ[illegible]ndo ꝑ tūc ibid̄ ſicut de plib⁹ mar/
tyrib⁹ Lcōes vo de ſctō vincētio ꝛ coll'
de ſctō vincētio cū coll'. de ſctis Emerē
tiana ꝛc. dn̄r ꝑ tūc ſil' ſub vna cōcluſi
one ad oēs hoꝫ. pter ad cōpl'. ꝛ primā
Miſſa de ſancto vincētio. Ad mat.
QVnqꝫ btūs vincenti⁹ L. I. pri.
in eculeo toto corꝑe diſſipare
tur ait dacian⁹. Dic mihi vincenti
vbi nūc miſerū corp⁹ ↄſpicis: At il
le ſubridēs ait. h̄ eſt qd̄ ſp optaui ꝛ
votis oibus ↄcupiui. ¶ L. ij.
Tunc irat⁹ p̄ſes cepit oīa genera
tormentoꝝ ei minari: niſi ei aſſen
ſum p̄beret. Cui vincētius. O feli
cem me q̄ mihi iraſci te grauī⁹ pu
tas: mei incipis meli⁹ miſeri. In/
ſurge ḡ miſer ꝛ tota malignitatis
ſpū debachare: videb̄ me dei vtu/
te plus poſſe dū torq̄or q̄ꝫ poſſis ip
Et p̄ſes cepit (ſe q̄ torques. L. iij.
clamare: ꝛ carnifices vngis ꝛ fuſti
bus verberare. Et ait vincentius
Quid dic̄ daciane. Ecce tuipē vin
dicas me d̄ apparitoꝛib⁹ meis. Tu.
TVnc p̄ſes amēs fact⁹ L. I. iiij.
dixit carnificib⁹. Miſerrimi
nihil facitis: cur deficiūt man⁹ ve
ſtre: Adulteros ꝛ patricidas vince
re potuiſtis: vt inꝰ illata ſupplicia
nil celare poſſent: et ſolus vincen
tius poterit vr̄a ſupare tormēta.
Tūc carnifices pecti (Tu. L. I. v.
nes ferreos vſqꝫ ad intima coſtaꝝ
fixerūt: vt d̄ toto ei⁹ corꝑe ſanguis
efflueret: et ſolutis coſtaꝝ ↄpagi/
bus viſcera intīa paterēt. Et ait

dacian⁹. Miſerē tui vincēti vt poſ
ſis tā pulcrā recupare iuuentutē
ꝛ ea q̄ ſupſunt lucrari tormīta Tu.
Et ait vincēti⁹. O veneno L. I. vj.
ſa diabolica ligua: tormīta tua nō
timeo ſed h̄ ſolū valde metuo q̄ te
mihi fingis velle miſereri Nā q̄ te
magis iratū video eo ampli⁹ exul
to. Nolo etem̄ vt aliq̄d minuas de
ſupplicijs: vt te victū in oibus fate
¶☞ Emereciane et ma (aris. Tu.
MAieſtati (charij martyrū Coll'.
tue nos q̄s dn̄e emerētiane
ꝛ macharij martyꝝ tuoꝝ ſupplica
tio btā ↄciliet: vt q̄ inceſſabilit̄ acti
bus nr̄is offendim⁹: iuſtoꝝ p̄cib⁹
¶☞ Thimothei (expiemur. P.
apl'i ſ[illegible]abit̄ ſicut de apl'is in feſt̄ offi.
DEus q̄ btm̄ thimotheū Coll'.
ſcti pauli fide ad agnitionē
ſcti nomīs tui ↄuertiſti: da nob̄ q̄s
vt cui⁹ imitari ſtudia volum⁹ eiuſ
ſuggeſtione tibi placeamus Per.
Si venerit ī feria tres lc. d̄ epl'is pau
li legunt̄. ſi in dn̄ica. ix. Require. s.
p⁹ epy. dn̄i. v. et incipe ī p̄rin. lc. cxxxj
Si in. lxx. nihil de eo niſi tm̄ coll'. ipi⁹
cū coll'a dn̄icali in matuti. tm̄.

# In cōuerſione ſancti

pauli. Ad pri. vſ. ſuper pſ. feria. añ.
Sancte paule apl'e. vt infra in lau.
SAulus de ¶ Cap. Act. ca. viij.
uaſtabat eccl'ias dei ingredi
ens domos ꝛ trahēs viros ac mu
lieres atqꝫ in carcerē ponēs. Deo.
℞. Magn⁹ ſctūs paul⁹. vt infra in
tertio noct. Hy. Exultet. lvij. Sup
magt. Anty. O glorioſum lumen
omnium eccleſiarum ſole ſplendi
dius. o vere apoſtolicum ſidus al
tiſſimum ſancte Paule; qui eter/

ni ſolis ſplendorē tenebris gentiū
infudiſti: qui in terra poſit⁹ celoꝝ
ſecreta petiſti: ⁊ que nō licet homi
ni loqui ꝓuidiſti: illuc ſupplices tu
os poſt hui⁹ carnis terminū ꝑdu/
cere dign̄re: quos feciſti veritat̄ lu/
DEus q̄ (men agnoſcē. Coll'.
vniuerſuꝫ mūduꝫ beati pau
li apl'i predicatione docuiſti: da no
bis q̄s: vt cui⁹ hodie ꝯuerſ ioneꝫ
colim⁹: ꝑ eius ad te exēpla gradia
mur. P. ¶ Sequit̄ codeꝫ die Preiecti
MArtyris tui (martyris Coll'a.
preiecti q̄ſum⁹ dn̄e interuen
tio glorioſa nos tibi cōmendet: vt
q̄d actib⁹ noſtris nō meremur ei⁹
ꝑcibus ꝯſequamur. P. Deīn ſuffr̄
cōſue. ¶ Ad compl'. hym. Exultet ce/
lū. cū duobus vlti. v. Cap. Saulus
deuaſtabat. vrſ. v. Nimis hono.
Idem. vſ. dicit̄ etiam ante lau. et ad
primā poſt Carnis reſu. Sup nūc
di. añ. O glorioſum. Coll'. Deus q̄
vniuerſum. tm̄ vrſ. ¶ Ad mat. In
uit. Regē apl'oꝝ vti cōi. lvij. L In. j.
noct̄. añ. Saulus autē iterauit ad
principem ⁊ petijt ab eo epiſtolas
in damaſcū ad ſynagogas vt q̄ſcū
qꝫ ſacre fidei viros inueniret vin
ctos perduceret in hierl'm. pſ. Ce/
li enar. v. Añ. Accepta poteſtate
ibat per viam fremēs ac frendēs
et crudeliter ſeuiens: capere cupi
ens quos vellet: qua captus ē ſit
laus ⁊ honor deo. pſ. Benedicam
iv. Añ. Venit vox de celo cuꝫ luce
ſup eum dicens illi: ſaule ſaule q̄d
me perſequeris: durū eſt tibi con/
tra ſtimulū calcitrare. pſ. Eructa
uit. xiiij. v. In oēm t̄. ¶ L. pri.
SAulus adhuc ſpi (Act. ix. c.
rans minaꝝ ⁊ cedis in diſcipulos
dn̄i acceſſit ad principem ſacerdo/
tū et petijt ab eo epiſtolas ī dama
ſcum ad ſynagogas. vt ſi quos in
ueniſſet huius vie viros ac mulie
res vinctos perduceret in hierl'm
℟. Qui operatus ē petro in apo
ſtolatu operatus eſt ⁊ mihi inter
gentes. Et cognouerūt gratiā dei
que data eſt mihi. v. Gratia dei in
me vacua non fuit: ſed gratia ei⁹
ſemper in me manet. Et. ¶ L. cō. ij.
ET cum ſaulus iter faceret cō
tigit vt appropinquaret da/
maſco: ⁊ ſubito circūfulſit euꝫ lux
de celo. Et cadēs in terraꝫ audiuit
voceꝫ dicentē ſibi. Saule ſaule q̄d
me ꝑſequeris? Qui dixit Quis es
tu dn̄e? Et ille. Ego ſum ieſus na/
zarenus quē tu ꝑſequeris: duruꝫ
eſt tibi contra ſtimulum calcitra/
re. Tu. ℟. Scio cui credidi ⁊ cer/
tus ſum quia potens eſt depoſitū
meū ſeruare. In illuꝫ diem. v. Re/
poſita eſt mihi corona iuſticie quā
reddet mihi dn̄s. In illū. ¶ L. iij.
SAulus tremens et ſtupēs di
xit. Dn̄e quid me vis facere?
Et dn̄s ad eū. Surge ⁊ ingredere
ciuitatem ⁊ ibi dicetur tibi quid te
oporteat facere. Viri autem illi q̄
comitabātur cum eo ſtabant ſtu/
pefacti. Audientes quidem voceꝫ:
neminem autem videntes. Sur/
rexit autem ſaulus de terra aper
tiſqꝫ oclis nihil videbat. Ad man⁹
autem illū trahentes introduxe/
rūt damaſcum. Et erat ibi tribus
dieb⁹ nō vidēs ⁊ nō mādūcauit ne
qꝫ bibit. Tu. ℟. Bonum certamē
certaui curſum conſūmaui fideꝫ

ſeruaui. Ideoq; repoſita eſt michi
corona iuſticie. v. Scio cui credidi
⁊ certus ſum q: potens eſt depoſi/
tū meū ſeruare in illū diē. Ideoq;.
Glia. Idoq;. ¶ In .ij. noct. añ. Re
ſpondit miles q̄s es tu dñe: et vox
deſup ait: ego ſum ihs quē tu pſe
queris dñe q̄d me iubes facere. ps
Oēs gē. xv. Añ. Surge ait dñs et
ingredere ciuitatē et ibi dicet tibi
q̄d te oporteat facere: ⁊ ſurrexit ni
hil videns duct⁹ eſt in ciuitatē. ps
Exaudi ds dep. xviij. Añ Audiuit
ananias in viſu dicentē ſibi dñm:
ſurge ⁊ vade in vicū qui dicitur re
ctus ⁊ q̄re ſaulum ecce eñ orat. ps
Exaudi ds ora. xviij. v. Dediſti he
Erat qui (redita. L. quarta.
dā diſcipulus damaſci nomi
ne ananias et dixit ad illum in vi/
ſu dñs. Anania. At ille ait. Ecce e/
go dñe. Et dñs ad illū Surge ⁊ va
de in vicū q̄ vocat rect⁹ ⁊ q̄re in do
mo iude ſaulū noīe tharſenſē: ec/
ce eñ orat. Reſpōdit aūt ananias.
Dñe audiui a multis de viro hoc
q̄ta mala fecerit ſctīs tuis in hie/
ruſalē: ⁊ hic habet ptātē a pncipi
bus ſacerdotū alligandi oēs q̄ in/
uocant nomē tuū. Tu. R. Repo
ſita eſt mihi corona iuſticie quam
